

PARTIS I TRACTATVS III

ris: ob id enim & ego Antiochiam; & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus; non vt te in populis praedicantē laudaremus; sed vt in agris & in solitudine dure scētia peccata desentes: xpi in nos misericordiam deflesteremus. Si autē de Pauliniano tibi sermo est: vide eum epō esse subiectū; versari Cypri: ad visitationē nostrā interdū venire; nō vt tuum; sed vt alienū; eius videlicet a quo ordinatus est; q̄ si hic etiā esse voluerit; & in exilio nostro quietus in solitudine viuere; quid tibi debet nisi honorē quē omnibus debemus ep̄is. Fac a te ordinatū; idē ab eo audies; qd̄ a me misello hoīe sanctae memoriā ep̄us Paulinus audiuit. Nū rogauī te vt ordinarer; Si sic presbyterū tribuis; vt monachū nobis non auferas; tu videris de iudicio tuo. Sin autē sub noīe presbyteri tollis; & mihi p̄pter qd̄ saeculū dereliqui; ego habeo qd̄ semp̄ habui; nullū dispendiū in ordinatione passus es; & non inquit scinderent eam; neq; p̄priū sibi facerēt principatū. Quis scindit eccliam? Nos quorū oīs domus Bethleē in ecclia cōmunicat. An tu q̄ aut bene credis; & superbe de fide taces; aut male; & vere scindis eccliam? Nos scindimus eccliam; q̄ aū paucos mēses circa dies pentecostes cū obscurato sole oīs mūdus iamāq; futurū iudicē formidaret; q̄ draginta diuersae aetatis & sexus psbyteris tuis obtulimus baptizandos. Et certe quorū psbyteri erant in monasterio; qui suo iure poterant baptizare; sed noluerūt quicq̄ cōtra stomachum tuū facere; ne & haec tibi de fide reticendi dare occasio. An tu potius scindis eccliam; qui praecipisti Bethleē psbyteris tuis; ne cōpetētibus nostris in pascha baptismū traderēt; quos nos Diospolin ad cofessorē & ep̄m misimus Dionysiuū baptizandos. Eccliam scindere dicimur; qui extra cellulas nostras locū eccliae non habemus. An tu scindis eccliam; qui mandas clericis tuis Vt si quis Paulinianū ab Epiphaniō epō consecratū presbyterū dixerit; eccliam phibeat intrare; ex quo tempore vsq; in praesentē diem videmus tm̄ specū dñi; & haereticis in trantibus suspiramus procul positi; Nos ne sumus qui eccliam scindimus? An ille qui viuīs habitaculū; mortuis sepulchrū negat; qui fratrū exilia postulauit? Quis potissimū illā ferā totius orbis ceruicibus imminētē contra nostras ceruices specialiter incitauit? Quis ossa sanctorū & innoxios cineres scindens hucusq; verberari ab hymbribus sinit? His nos blandimētis pastor bonus iuit ad pacem; & p̄prium arguit facere principatū; qui oībus ep̄is rectam dūtaxat fidem tenentibus & cōmunionē & charitate sociamur. An tu solus ecclia es; & qui te offenderit; a christo excludit? Si ad p̄prium deuenimus principatū; ostende nos in parrochia tua habere episcopū; q̄ tibi non cōmunicamus; fidei est; responde; & ordinationis erit. Occasionē quoq; fingunt alia; fr̄as; quas dicunt sibi scripsisse Epiphaniū; q̄q; dabit ille rationē p̄ omnibus quae gesta sunt ante tribunal xpi; vbi maior & minor absq; vlla personarū acceptione iudicabitur; & tamē quomodo possit illius niti ep̄la; quā de ordinationē Pauliniani illicita; & illorū qui cum eo sunt a nobis coargutus scripsit; sicut & ipsa ep̄la eius in exordio suo significat; Rogo que tanta ē cecitatis cinceritū; sicut aiunt tenebris inuoluta; Dicit nos occasionem fingere; & Epiphaniū aduersus se lras non habere; statiq; subiungit; Quomōdō possunt illius niti ep̄stola; quam de ordinatione Pauliniani illicita; & eorum qui cū eo sunt; a nobis coargutus scripsit; sicut & ipsa ep̄la eius in exordio suo significat; non habemus ep̄istolam. Et quae est illa ep̄stola quae in exordio suo de Pauliniano loquitur? Est ne aliquid post exordiū; cuius tu tūmes facere mentionē? A te est coargutus aetatis; quae Paulinianus erat; presbyterū ordinas; & legatū mittis ac sociū; tantāq; habes fiduciā; vt vbi Paulinianum mentitus es puerum; illuc puerum mittas presbyterū. Itēq; Theosobiū Thiriae eccliae diaconum facis presbyterū; & contra nos armast; illiusq; in nos abuteris eloquentia; tibi soli licet eccliae viam calcare; tu quicquid feceris; norma doctrinae est; nō erubescis ante tribunal christi iudicandum tecum Epiphaniū prouocare. Quae sequunt post hoc capitulū; haec sunt mensae suae & domus contuberniū imputat Epiphaniō; scribitq; eum nunq̄ esse secum de Origenis dogmatibus locutū; & sui iurisiurandi testificatione; dicens; Ne suspitōnē quidem (sicut deus testis est) peruerse in nos fidei se habere monstrauit; nolo respondere & arguere acriter; ne peruerij ep̄scopum cōuincere videar. Praesto sunt plures ep̄stolae Epiphaniū; vna ad ipsum; aliae ad epos palāstinos; & nuper ad Romanū pontificē; in quibus dicit se eum corā multis de dogmatibus arguentem; nō meruisse responsū; totūq; nostrae prauitatis testis est monasteriū.

Beati Hieronymi presbyteri ad Theophilum papam Alexandrinum Apologia; In qua calumnias Ioannis hierosolymitani refellit; & Origenis sectatorem ostendit.

EPISTOLA XXXI.

Ioh. 14.

Ep̄stola tua hereditatis dñicae te indicās possessorē; qui pergens ad patrem apostolis loquebas; Pacem meā do vobis; pacem meā relinquo vobis. Illius quoq; foelicitatis cōpotem te esse testata est; in quam beati pacifici nuncupant. Blandiris vt pater;